

Per vii dies vias prebet fulgidas.  
 Tuis sequaces approbatis, seculum  
 Discamus omnes moribus contemnere,  
 Irre domare, fluxa carnis spernere.  
 Nu' a tenacis blandimenta corporis,  
 Usu dolorum persuamur gaudiis.  
 psum rogemus Verbum Patris unicum,  
 Et obsecremus alnum Sanctum Spiritum,

A Ut mundi procul auferat jactantiam,  
 Virtutum nobis donet habundantiam,  
 Propter quod eterne evadamus tartara.  
 Gloria Domino per immensa secula  
 Sit tibi, Nata, decus et imperium,  
 Amor, potestas Sanctoque Spiritui,  
 Sit Trinitati salus individua  
 Per infinita secula.

## IN SEQUENS SACRAMENTARIUM VETUS MONITUM

(D. Joan. Bened. MITTARELLI et D. Anselm. COSTADONI, *Annal. Camaldul.*, Venet. 1756, t. II, Append. p. 397.)

Publici juris facimus vetustum sacramentarium, quod olim ad usum fuit monachorum seu eremitarum ecclesiarum Sanctissimæ Trinitatis in monte Suavincio, imo, si audimus constantem popularem traditionem, quæ sere semper pedisequa aliquo saltem modo est veritatis, usus eo fuit sanctus Dominicus Loricatus, cui dono datum est a sancto ejus magistro Petro Damiano. Ab immemoriali propterea sacra veneratione obtinuit apul. populum Frontalis-Castri siti in diocesi San-Severinate, et haud longe a monasterio Suaviniensi, in cuius castri parochiali ecclesia religiosissime etiamnum custoditur.

Character hujus ms. Sacramentarii Sæcum XI referit, quo vixerit uterque tam Dominicus, quam Petrus Damianus; nihilque in contrarium offerri potest, quod ad posteriora tempora revocare cogat. Clarissimus vir Octavius Turcius canonicus Pyramus, qui Vitam sancti Dominici Loricali septem ab hinc lannis typis vulgavit, quicque Sacramentarium hocce ad superstitionem usque observavit, doctasque suas adnotaciones, quæ inferius haluentur, novis edendas tradidit anno 1752, quo amicissimum virum visitavimus codicisque antiquitatem una simul examinavimus, constantissime idem sentit. Illepsum dominus Gabriel Guastuccius pereruditus Classensis monachus, qui nobiscum tunc aedrat, et ante nos præsentis doctissimus noster dominus Maurus Sartius qui pluries in conspectu positum diligenter perpendit.

Idem Turcius in suis previis observationibus, quas statim habes, putat codicem hunc pertinuisse prius ad celebre monasterium Classense Sancti Apollinaris extra urbem Ravennam, vel ad aliquem locum Classensi subjectum, eo quod in litaniis in ordine ad dandam pœnitentiam invocetur *sancus Apollinaris*, cuius titulo et sacro corpore gaudet Classensis basilica; nomineatur insuper in iis sanctus Severus, sanctus Vitalis, sanctus Guido, Ravennates omnes. Verum æquissimam illius animadversionem non improbae, superaddimus, ipsum exscribi potuisse ex simili codice, qui ad usum foret cœnobii et eremii Sanctæ Crucis Fontis-Avellanæ, cui præsidebat sanctus Petrus Damianus, cum in vetustis ritualibus et libris liturgicis hujus monasterii litaniae legantur fere similes, et ibi quoque reperiantur nomina sanctorum Apollinaris, Severi, et Vitalis, Guidone tamen exceptio; quinimo in aliquo ex ipsis codicibus officium cum hymnis propriis habeatur sancti Apollinaris. Petrus Damianus patria Ravennas, Classensis etiam monasterii ad tempus accola, inter cujus cœnobii monachos et avellanenses maxima intercessit necessitudo et

B communicatio, sanctorum suorum Ravennam cultum introduxerat penes suos Avellanenses, ei speciali etiam observatione prosequentes sanctum Apollinare, qui januadum, eo nimis tempore, quo Avellanensis monasterii crepidia emerget, non longe a Catia, ubi fundata Avellanensis eremus, conspicendum se præbuerat sancto Remualdo parenti nostro, ut in ejus Vita narrat idem Damianus. Guidoni Pomposiano abbati locum deredit in litaniis Sacramentarii nostri Damiani, quia ipse ante Avellanensem præfecturam, per biennium, tempore regiminis ejusdem præsul Pomposianos monachos instruxerat; hanc proinde apprime inter celites relatum inseri curaverit litterario missali.

Sacramentarius Codex Suavincinius obseratur legumenis duplicis laminæ anaglypho opere cæbæ ex argento inaurato, intra quam locatur tabula eburnea, gyro parvo ebeneo circumdata. Super vacueum foret huic loco observare evangeliorum sacramentaria, missalia aliasque codices pro ea altaris consuevisse ornari nobilissimis et preliosis cooperimentiis. Id alii præstitere, et eruditè presti etiam canonicus noster Turcius. Eginus ea de re iusuper in observationibus ad antiquam nostram tabulam eburneum, et in brevi recordatione Ioni abbatis Pisani, quod prostat in Appendice hujus II voluminis, legitur: *Textum Evangeliorum unum rede optime scriptum cum tabule de argento valde bene.* In ms. Rerum catalogo anni 1317 die 28 Aprilis consecro juxta constitutionem congregacionis nostræ et præceptum Bonaventure præsidis generalis, dominus Bartholus abbas monasterii Sanctorum Justi et Clementis, prope Volaterras, inter cetera monasteriorum sui cimelia, adnotavit *unum tetraractum cum tabulis argenteis ponderis librarum decem et norem, et unciarum octo.* Ea pariter vigebat consuetudo recludendi inter laminas argenteas tabellas ebore sculptas. In museolo hujus nostri monasterii tabulæ eburneæ seculi XIII asservamus, in qua celata est imago sanctissimi Salvatoris, et ad oras duorum laterum prostant imagines sanctorum martyrum Gervasii et Protasii, cuius ectyon transsummus ad Cl. V. Antonium-Franciscum Gorium inserendum pretioso suo thesauro veterum operum eburneorum.

Sed ipsas laminas et tabellas Sacramentarii nostri describamus. Plures parvi orbes in utraque lamina sunt descripti; et quidem in primo laminae unius reperitur imago angelii, ut denotant ale litteræque apposita *Μιχαὴλ*, *Michael*. In altero et regione primi visitur similis imago cum litteris *Οἱρός Χείρης Γαβriel*, *archangelus Gabriel*. Utique

angelus manus elevant versus aram, que locatur in rebe medio inter orbēs laterales. Super ipsam aram olocatur codex gemmis dives, qui refert sacram Evangeliorum librum, sub quo procidit stratum, et sub strato pulvinar deponitur, visum a parte autum lateris levii. Pone pulvinar extolluntur rundo cum pugna ex una, ex altera vero parte, ancea: notissima passionis Domini instrumenta. Post codicem subrigitur crux duplex nuncupata Ierosolymitana, Patriarchalis, Apostolica, et communiter Graeca. Morem hujus symbolicae are habemus penes Graecos sequioris etatis, similemque aram conspexitum in musivo cathedralis Trociana, et etiam in tabula lignea inaugura saeculi xiv, quae asservatur in sacrario canonorum basilice majoris Tarvisii. Aliqua tamen in his diversitas totatur ab antiquioribus symbolicis aris remotioris etatis, ut videre licet apud Ciaconium et Ciampinum in musivis Sanctae Mariæ majoris de Urbe, et Sanctæ Mariæ in Cosmedin Ravennæ, quæ spectant id v et vi saeculum. De cultu evangelicorum librorum super aras ad instar libri a Joanne apostolo nisi egimus alio loco.

In quarto et quinto orbibus ad medietatem laminae exstant imagines sancti Petri apostoli et sancti coapostoli Pauli cum litteris A. PETRO et A. PAULOC. Demum ad oram laminae inferiorem tres aliae caelatur orbēs, ex uno latere sanctus Marcus A. MARKOC, ex alio sanctus Lucas A. LOBKAS; in medio angelus, stans et nudum globum sinistra teneus, dextera autem premens aliquid, quod clare non apparet ob laminae corrosionem, appositis litteris O. APX̄γγελος ΓΑΒριήλ, archangelus Gabriel. Repetitionem protione et litterarum archangeli Gabreli, et omissionem imaginis ac litterarum archangeli Raphaelli deputamus errori artificis, remque credimus carere mysterio.

In tabula eburnea a praefata lamina argentea comprehensa caelatur imago sancti Georgii O. AGIOS GEORGIO C, qui crucem dextera tenet, sinistram autem extollit pallio coopertam, ut consuevere artifices exprimere in aliis imaginibus antiquis et inferioris avi, tum Graecis, tum Latinis, et manus pallio obvoluta indicabat vel preces ad Deum susas, vel quid humili veneratione receptum.

Tegumentum alterum, quo Sacramentarius codex ex parte subjecta clauditur, similem eburneum ta-

bula retinet in qua conspicitur sanctus Theodorus cum litteris Ο. ΑΓΙΟΣ ΘΕΟΔΩΡΟΣ, cuius manus eriguntur, sed nullo mysterio, nisi artificis arbitrio. Qui artifex cum Graecus esset, duos sibi propositi ex Graecis sanctos, qui majorem apud eam ecclesiam cultum obtinerent, ideoque frequentiores sunt eorum imagines in picturis et caelaturis graecanicis.

In orbe superiori a dextra parte hujus secundæ laminae visitur sanctus Mattheus cum litteris Ο. ΜΑΘΕΟΣ, a sinistra autem sanctus Joannes apostolus et evanglista, appellatus hic Theologus Ο. Ιωάννης ΘΕΟΛΟΓΟΣ. Illustrari hinc potest dissertatio Christophori Augusti Heunmanni edita Isinaci anno 1715, *De titulo Theologi Joanni propheta tributo.*

Comprehenditur inter hos duos orbes in quadrangulo imago sancti Michaelis globum nudum lava, hastam dexteram tenentis. Orbēs medii sanctum Jacobum, Ο. ΙΑΚΩΒΟΣ, et sanctum Andream, Α. ΑΝΔΡΕΑΣ, et duo postremi ad infimum oram; sanctum Bartholomaeum, Ο. ΒΑΡΘΟλομαῖος, exhibent et sanctum Simonem, Ο. ΣΙΜῶν, recipientes in medio alterum orbem, cum imagine sancti Nicolai magni, Ο. ΝΙΚΟΛΑΟΣ, qui æque apud Graecos summa veneratione colitur. Nil præterea in his imaginibus peculiari animadversione dignum, si excipiatur quod apostolis, evangelistis, confessoribus et martyribus præponitur consueta signa (A) Α. ΑΓΙΟΣ, nimirum SANCTUS, quæ tamen in his tegumentis denegatur archangelis.

Artificium operis totum Graecanicum est, quod constat ex ipsis litteris Graecis; temporibus enim mediis et sequioribus musiva, picturæ, caelaturæ, ceteraque id genus Graecorum erant opera, cum artes in Italia miserandum in modum vel perirent, vel rudes admodum forent. Musiva ducalis basilice Marciane Venetiarum, alia cathedralis ecclesie Torcellanae, et plurima Romana ære impressa græcitatem olent, imo græcissima sunt. Refluere postea artes in Italia seculo xv. Quare ante hoc sæculum fabrefactæ suæ laminae hactenus a nobis explicatae; imo si examini subjiciatur forma characterum græcorum in duabus eburneis tabellis, qui oblongi potius sunt quam rotundi, ad saeculum antecedens xiv, vel ad finem xiii possunt hæc tegumenta referri, cum characteres græci anteriorum sæculorum ad majorem rotunditatem et extensionem forent expressi. Sed jam ad alteram Cl. V. Turcii præfationem accedamus.

## VETUS SACRAMENTARIUM

Nunc primum editum ex codice membranaceo saeculi xi et observationibus ac notis illustratum a Cl. V. Octavio TURCIO, canonico per insignis collegiæ ecclesiæ Pyrensis.

## OCTAVII TURCII OBSERVATIONES PRÆVIAE.

Jam tum, humanissime lector, cum animum ad illustrandū contuli Acta beati Dominici Loricati, quæ, ut in votis erat, jam sunt absoluta ac typis etiam vulgata, num illud spectavi quam maxime, ut ea omnia, quæ illorum decori, beati viri gloria, aliquæ eruditiois amatoribus usui esse possent simul congererem. Ut primum igitur perlatum mihi est in Sanctæ Annae castri Frontalis San-Severinatis dioecesis parochiali ecclesia missale librum servari, ipsumque sub episcopalis signis clausum concurrentium populorum cultui quotannis exhiberi, qui ad usum fuerat olim sanctissimi viri Petri Damiani, ac ab eodem postmodum beato Dominico Loricato ad usum Suavicinensis monasterii seu emi dono datus, juxta veterem continuatamque

incolarum traditionem, episcoporum etiam San-Severinatum litteris firmatam, me opere pretium factorum censui, si tam venerabile vetustatis monumentum e tenebris eruerem, illiusque exemplar ad sacra liturgia incrementum vulgandum curarem. Consilia hæc mea probavit Dionysius Pieraugustinus, felicis memorie episcopus, præclarissimus, meque insuper ad opus exsequendum ineavit. Litteris exinde datis parocho Frontalis mandavit præsul apprime humanissimus, ut fractis signis codicem mihimet traderet exscribendum; prout incunctanter fecit, qui hic idem est quem tuis oculis subjicio, additis quibusdam meis animadversionibus, quas opportune inserendas judicavi.

Vix autem sacrum codicem e custodia protuli